



**Eminentissimi Ac Reverendissimi Domini, D. Joannis
Baptistæ, Cardinalis De Luca, Theatrum Veritatis Et
Justitiae, Sive Decisivi Discursus**

Ad Veritatem Editi In Forensibus Controversiis, Canonicis & Civilibus, in
quibus in Urbe Advocatus, pro una partium scripsit, vel Consultus
respondit ; Cum Indicibus Argumentorum, Causarum ac Rerum
luculentissimis. Opus Tam Judicibus, Quam Causarum Patronis, atque
omnibus in utroque Foro ...

De Fideicommissis, Primogenitvris, Et Majoratibvs

Luca, Giovanni Battista de

Coloniae Agrippinae, 1690

Disc. XLV. Romana fideicommissi de Baldassinis. De eadem materia
concursus fœminarum; Et an vocata fœmina innupta, quæ ducere deberet
virum assumpturum familiam testatoris, admittenda sit vidua & ...

[urn:nbn:de:hbz:466:1-74060](#)

ROMANA FIDEICOMMISSI DE BALDASSINIS

PRO

CAMILLA DE BALDASSINIS

CVM

HOSPITALI AD SANCTA
SANCTORUM
& aliis.*Causa disputata in Tribunalis seu Congregatio-
ne Fabrica, & decisus pro Camilla.*

De eadem materia concursus foeminarum;
Et an vocata foemina innupta, quæ duce-
re deberet virum assumpturum familiam
testatoris, admittenda sit vidua & senex
habens filios masculos familiam assumere
paratos.

SUMMARIUM.

- 1 F AII series.
- 2 Resolutio causa.
- 3 Paria sunt non extare, vel extare & non habere qua-
litatis necessarias.
- 4 Vbi forma respicit certum effectum sufficit implemen-
tum per equipollens.
- 5 Datur causa in quibus spectatur equi pollens, ubi vo-
luntas testatoris pinguis impletur.
- 6 Spectanda est substantia voluntatis, non autem formula
verborum.
- 6 Preceptum injunctum foemine succedenti ut certum vi-
rum ducat, quomodo intelligendum sit.

DISC. XLV.

M Elchior de Baldassinis Neapolitanus Sacrae
Consistorialis Aule Advocatus, institutis
hæredibus Antonio Matthæo & Ludovico fratribus,
perpetuum fideicommissum particulare, ordinavit
in domo per ipsum constructa, attenta illorum tem-
porum conditione conspicua, ad favorem masculorum
agnatorum ex dictis hæredibus descendientium,
defectis vero masculis vocavit foeminam natu ma-
jorem, quæ de tempore facti causus nupta non re-
prieatur, sub ea lege ut nuberet viro cognomen &
insignia familiæ assumenti, quo contraveniente, vo-
cavit gradatim juxta ordinem aetatis aliam foemi-
nam adimplentem dictam legem, & ultimo loco
substituit Hospitalie ad Sancta Sanctorum: Cum
que defecta seu non accepta esset linea Ludovici,
atque ex Antonio præfati Antonii Matthæi nepote
ex filio suissent superfites Aloysius secularis, Fran-
cisus professus in Religione Theatinorum, & Ca-
milla nupta in nobili familia de Palma Nolana, se-
quuta de num morte Aloysii dictæ domus possesso-
ris absque prole, quatriangularis orta est questio-

super dicta successione fideicommissaria in Tribu-
nali seu Congregatione Fabricæ inter Theatinos ex
persona dicti Francisci, Camillam, Hospitale præ-
dictum, ac Horatium & Joannem Baptistarum de
Sora, nuncupatos de Baldassini prætenos descen-
dentes ab eodem Antonio Matthæo; Quamvis enim data capacitate dicti Francisci Religiofi, ejus
vocatio esset indubitate prælativæ ad omnes, diffi-
cultas tamen erat super incapacitate Religionis et
iam in communi, unde propterea me Camilla Ad-
vocato cooperante, inter ipsam, & Religionem
predicant ad honestam concordiam deventum est;
Facileque fuit etiam excludere præfatos Horatium,
& Joannem Baptistarum ex defectu legitimatio-
nis personarum, Unde propterea tota controversia re-
stricta fuit inter dictam Camillam, & Hospitale,
quo non acquiescente sententia Judicis prima in-
stantia latet ad favorem Camillæ, per Cardinales
respectivæ in aliis instantiis à Congregatione depu-
tatos, duæ aliae prodierunt sententia cum subse-
quita executione ad eisdem Camillæ ejusque fi-
liorum favorem; Itaque lite sopia, post plures
annos, denudam eam suscitauit præfati Horatius &
Joannes Baptista in Tribunalis A. C. sed pariter me
pro dicta Camilla vel ejus filiis ipsa defuncta scri-
bente suscibuerunt, ex eodem defectu legitimatio-
nis personarum, & qualitatæ descendantia legit-
mæ & naturalis non probatae.

Præfatio Hospitalis super purificatione substitu-
tionis ad ejus favorem consiliebat in eo quod die
Camilla unica foemina ex præfata descendantia su-
perfites non haberet qualitatem a testatore desiderata-
tam, quod esset innupta & habilis ad deducendum
virum cum filiorum procreatione, ita familiam arti-
ficialiter renovaturum, dum erat vidua, & in de-
crepitate constituta, sine dubio inhabilis ad novam
prolem suscipiendam, unde propterea scri-
bentes pro Hospitali dicebant pro illius exclusione
intrare vulgare ac frequenter usitatum dictorium
Ioannis Andreae in addit ad Speculator fideicommissum
de te non loquitur, cum paria sint non extare, vel ex-
tare, & non habere qualitatem necessariam, ut in
his terminis personarum non habentum eas quali-
tates, sub quibus vocata sunt, habetur apud Sard.
conf. 403. num 65. & seqq. & supponebatur absolu-
tum in Bonon. fideicommissi de Guidottis disc. precedenti,
& in Romana fideicommissi de Glorieris disc. 41. & in
similibus, in quibus tora disputatio erat super veri-
ficatione qualitatis per testatorem volitæ præsup-
ponendo pro certo, quod si ea non adesset, non in-
traret vocatio sive successio.

Contrarium ego scribens pro Camilla dicebam
verius, etiam cum sensu veritatis, dum cessabat
conclusus aliarum foeminarum, quæ adimplere pos-
sent voluntatem testatoris in forma præcisa, quo
solum casu difficultas intrare posset, secus autem in
conclusu ulteriori substituti vocati in defectum ge-
neris prædilecti ac prius vocati, quoniam testator
formam prædictam adjectit, non pro aliqua sole-
mnitate, sed ad certum effectum, ut scilicet ejus vic
cognomen & insignia assumendo, ac filios pro-
creando, ita familiam testatoris artificialiter ren-
varet; Quando autem forma respicit certum effec-
tum, tunc necessarium non est ejus implementum
præcimum, sed receptum est sufficere per equipol-
lens, ut generaliter ceteris relatis Merlin decisione
3. 6. num. 5. cum sequent. Adden. ad decisionem 542.
num 84. & seq. par. 4. rec. tom. 3. cum aliis de-
ductis in Romana Bullæ Archivii sub tit. de feudis
disc. 87.

Et in

LUCA
de
amentis
Ecclesiast.
GVI
9

Et in his specialibus terminis firmatur per Rotam apud Dunozett. decis. 417. repetit. decis. 93. par. 7. rec. ubi testatore demandante post defectam ejus descenditiam eligi juvenem, qui uxorem ducere, ac filios procreare deberet, atque ita familiam renovare, laudatur electio viri in provecta & matura aetate constituti, qui plures filios masculos jam habebat, cum ita pinguis impleri dicatur testatoris voluntas, atque certitudinaliter obtinetur, id quod juxta formam ab eo praescriptam esset incertum; In idem conferentibus iis qua habentur supra in Firmana primogenitura discut. 33. super pinguiori implemento voluntatis testatoris, ac finis ab eo desiderati, quamvis forma praescripta in aliquo alteraretur; Ac iis, qua habentur per Rotam in Avenionen. decisione 77. 134. & 143. par. 7. rec. ubi de vocatione primi filii, qui ex certo matrimonio procreatus existeret de tempore mortis testatoris, quoniam nullo tunc procreato, decilsum fuit, & benè, vocationem convenire illi primo filio, qui post plures annos natus esset.

Quod etiam longè post haec disputata, me quoque scribente decilsum fuit in Bononiens. fideicommissorum de Victoria prima Aprilis 1669. coram Carpinea, & de qua causa habetur infra disc. 69. Demandante siquidem testatore, ut defecit illis de linea legitima & naturali, posset aliquis naturalis tantum superstes facere se legitimare, atque fideicommissariam successionem jam vacatam obtinere, deciditur, & benè, vocationem convenire filii legitimis & naturalibus illius naturalis, qui antequam casus contigeret, jam legitimatus erat, & in qua decisione ponderatur aliud simile, de quo apud celsum decisione 358. In idem cadente etiam receptissima propositione, qua in ista praesertim ultimarum voluntatum materia ante omnia præ oculis habenda est, ut spectari non debeat cortex & figura verborum, sed substantia voluntatis ex deductis in supra allegatis decisionibus cum aliis per Manicam de conjectura lib. 3. tit. 3. num. 9. Fusar. quast. 460. num 7.

Considerabam quoque ex abundanti, quod etiam in casu quo dicta feminam non haberet filios masculos familiam affluentes, dum erat vidua, & virum ducere poterat, id adhuc sufficiebat ad ejus capacitatem non obstante gravi aetate, cum haec juxta veriorem, ac receptam sententiam non inhabilitet ad matrimonium, cuius implementum cum praescriptum sit per viam modi magis quam per viam conditionis, ac sequi debeat post obtentum emolumendum, non impedit successionis assequitionem, nam sufficit dicere se esse promptum ducere virum congruum, quando occasio præberet, juxta ea qua habentur supra in Romana fideicommissi de Vrbinu discut. 37. & in decisione 283. par. 11. rec. in ea causa edita numer. 9. & sequent. cum testator non dixerit feminam debere esse habilem ad filiorum procreationem, sed hoc ex abundanti.

—S) o (S)

D I S C . XLVI.

I ulius de Macerolis quinque habens filios, npe Julium Cañarem, Joannem Nicolauum, Constantium masculos, Victoriam & Olimpianas feminas, relicta iitis dote, cum præcepto ut contenta esse deberent, neque aliud quicquam de ejus hereditate prætendere possent, illas à dicta hereditate per verba effrenata excludingo, hanc instituit dictos tres filios masculos cum defensione & reciproco perpetuo fideicommisso in universitate rum linea masculina & feminina, quarum utram deficiente substituit proximiores collaterales.

MARSICANA SVCCESIONIS

P R O

VICTORIA ET OLIMPIA
DE MACEROLIS

C V M

JACOBO ET ALIIS PARTE
DE MACEROLIS.

Casus disputatus coram A. C. & in Rotam, non decisus super hoc puncto.

De eadem materia concursus femininis.

Vocante scilicet testatore filios masculos exclusis feminis, sub expressa lege, ut nihil prætendere possent, atque in defensione masculorum vocante proximiores collaterales, An sub hac vocatione veniantur ne dictæ feminæ exclusæ ad successione fratrum institutorum in concursu tiorum collateralium.

S V M M A R I V N.

- 1 F Acti series.
- 2 Resolutio, & status causa.
- 3 De renunciatione, an sit realis, vel personale missiva.
- 4 Deregula, quod masculum concipiat summa & quando proprio dicta quæstio cadat.
- 5 De conjectura, ex quibus feminam censemur etiis.
- 6 In Regno Neapolitano feminam exclusa proprie los remanent sue, & dos succedit loco legitime.
- 7 De causa, seu fine, ob quem feminam extinximus scilicet per patres amplissime excludi solent.
- 8 Quod haec exclusio non attendatur ultra causam effectum, ob quem facta est.
- 9 Exclusio nomine particulari ab una dispositione, censeatur exclusus ab alia dispositione generali non veniat sub genere vocato.
- 10 Quando dicatur contemplata agnatio, ob quammina descendentes excludantur, ob masculos collaterales cognatos.
- II Quare vocabulum coalterium, & transfiguratio conveniat etiam filiabus testatorum.